

BENEDICTIO IN OMNIBUS  
 DOMINUS IN OMNIBUS  
 ORATIO IN OMNIBUS  
 RITUM IN OMNIBUS

In nomine domini Amen  
 haec pietas sempiterna regna regum  
 fides oculis nostris apparet  
 nos solo consistat  
 portum fides apparet  
 cedibus eius ista nos pa  
 xareturam nos apparet  
 essent Eorum voluntas nos  
 fono dominus fluctuati  
 remquidantate  
 tanus in  
 rucub potius  
 nos p  
 nedia Venimus  
 adeo de  
 vus locum  
 h  
 requirant  
 parum  
 ne gaudium  
 ro  
 no  
 tibus



BERNARDI IVSTINIANI LEONAR  
DI ORATORIS FILII LEGATI VENETI  
ORATIO HABITA APVD SIXTVM QVA  
RTVM PONTIFICEM MAXIMVM

**S**I unquam antea Sanctissime & beatissime pater di-  
uine prouidencie lumen humanis laboribus affulsit  
hac pfecto tempestate atq; his diebus quasi lucidissimū  
sidus oculis nostris apparuisti. Ut in illo altissimo pontifica-  
tus solio constitutus. Vniuerso christiano generi laborati  
portum salutis aperires. Nam cū peccatis nostris. Ita pos-  
cētibus christiana res. pu. partim Intestinis seditōibus ue-  
xaretur. partim truculentissimarum gentiū gladius ludibrio  
esset. Ecce uisitauit nos oriens ex alto et uelut excitatus a  
sōno dominus fluctuāti nauiculę suę. Imposuit gubernato-  
rem: qui bonitate. uellet. sapientia sciret. auctoritate posset  
tantis influentibus tantoq; rez. motu. magni huius gube-  
rnaculi pondus sustinere. Venimus igit̃ beatissime pater  
oues pascue tue. Et gregis dominici pars aliqua non sper-  
nēda. Venimus inq̃ adoratum sanctissimos pedes tuos. atq;  
adeo declaratū Illustrissimi principis nostri & uniuersę cui-  
tatis Incredible gaudium & letitiā: in cuiusquidem grati-  
lacionis officio. Non equidem ignoro que facultas ingeni-  
requiratur. Gaudium. n. nostrū aperire p̃sertim manifestū  
parui laboris. Tātū uero gaudii causas uel omnes explicare  
uel animoz sensibus orationem ad equare. nō pui sani ope-  
ris. Quod si fortasse ut cupimus non assequemur. erit clemē-  
tie tuę eo benignius nobiscum agere. quo amplissima Mag-  
estas tua in causa est. si tantis tuis meritis & expectationi

omnium satisfacere non possimus. Neminem. n. plusq̄ nos  
peniteat. **E**rit preterea ut opinor huic loco nō indecorum  
si genus orationis sequemur|christiane pietati propius q̄  
gētilitati. Nam si nates illa cumana apud poētā rem sacrā  
orā cōclamauit|**p**rocul o procul este prophani|quasi eorum  
presentia sacrum illius ceptū contaminaret. quanto magis  
nos christianos decet genus electum|gentem sanctam|rega  
le sacerdotium appellatos. apud sacrorum oīum principem  
coram sacratissimis pontificibus pro sacro deniq̄ huius no  
stre letitię munere uerba facturos|sanctorum nostrorū in  
herere litteris prophana autem oīa uel dicta uel exempla  
deuitare. **A**ggrediar itaq̄ bona cū uenia tua. Et sicut a nu  
mine aliquo olim solebāt|ita nūc ego nō aliūde ordiar|q̄ ut  
eum in uocem|qui te sibi delegit uerissimum certissimumq̄  
uicariū. Ipse propicius adsit fidei mee. Ipse pietati ut dig  
num aliquid dicere possim hec cōmuni gaudio dignum pō  
tifice|dignum te. **Q**uod maxime ut opinor|assequemur. **S**i  
paucis operiemus. q̄ necessaria fuerit hec celestis assumptō  
tua. deinde q̄ benemerita. postremo q̄ leta prosperaq̄ oīa  
te pontifice sint speranda. **U**tinam autem principes nostri  
gloriosissime pater|nimio dampno suo non didicissent|quo  
duce aut pastore indigeat christiana religio|nempe eo qui  
et inter ouile dñicum pacem unitatemq̄ conseruet. **E**t ad  
uersus barbaras nationes christianum sanguinem sicientes  
cōmissum sibi populum tueatur. **U**nde enim tot? non dico  
ciuitatum sed prouinciarum. nec prouinciarum tantum|sed  
regnorum etiam imperiorumq̄ iactura? Inminuti enim su  
mus super omnes gentes. **Q**ueri olim solebāt patres nostri  
amissam esse Siriam Phenicem Egiptum spoliatos Asia cie  
ctos Affrica et Mauritania. In hispaniam deiceps Maume

thum Aufū trāsmittere. Et in Bethica nobilissima hispanie  
pūicia hoc ē ī medus christiani populi uisceribus pfidissi  
me blaffemie sue tropheum cōstituisse. **¶** Ut etiam si diuina  
negligemus pudere, tamen oporteat fortes ab imbellibus  
uiros a feminis, homines a belluis esse superatos. Serui eīm  
nostri dominati sunt nobis. sin uero diuino honore tange  
mur: quo tandem animo ferendum summū deum a pseudo  
propheta totius orientis et Africe possessione depulsum?  
**¶** In europam deinceps asiam contra, ueluti in reliquias chri  
stiani patrimonii penetratum. europa inq̄ illa cui omnibus  
retro seculis Asia preda fuerat: ipsa nūc asię preda facta ē?  
**¶** Breuem enim nescio quem angelum circa helespontum oc  
cupauere. **¶** Prorogauere deinde sensim astu atq; perfidia  
plūs q̄ armis imperium donec aperto Marte urbem nobilif  
simam ciuitatum reginam, sedem imperij dominam gentiū  
p̄ncipem prouinciarum Cōstantinopolim substulere. **¶** Tan  
torum autem causa malorum afferrī profecto alia non pōt.  
nisi q̄ dissidētes inter se principes nostri et q̄ fedum dictu  
est, de mutua interdum pernitie gaudentes, dum non est q̄  
cōciliēt, qui componat, aparuere uiā cōmunibus hostibus.  
**¶** Et quia laborantibus opem ferre debuerant, quasi illorum  
calamitas ad eos non pertineret. ipsi postremo uel perfidie  
uel desidie dedere pēnas. Atq; in hūc modum hereditas no  
strajut ille inquit quotidie uertitur ad alienos. **¶** Non ne sic  
traces euerfi, tribali deleti. **¶** Macedones Acarnanes Etholi  
propriis sedibus pulsi. **¶** Nostra erat Misia prodito rege et  
trucidato amissa ē. **¶** Nostra peloponesus, altero rege eiecto  
altero decepto et ipsam eripuit. **¶** Trapezuntius christianus  
imperator per fraudem imperio pulsus. **¶** Tantis igitur rerū  
inincrementis elatus hostis, cum iam nihil optaret quod non

aggredetur nihil aggredereetur quod non expugnaret. perfringere tandem instituit helesponti fauces et claustra ut uacuo deiceps solutoque animo per omnia maria impune uoluitaret. **I**nque omnium gentium nationumque perniciem | ubi cunque libido rabiesque ferret in terram posset exponere. **D**e Euboea enim insula tam opulentissima quam nobilestima grece quondam oculo quid dicam? quam nuper terra ducenis milibus. mari autem nauibus pene innumerabilibus. tormētis et machinis tam magnitudine quam numero horrendis expugnatam | cesis ad unum opidanis omnibus sempiterna clade nobilitauit. sed hec fortasse hactenus dissimulare potuimus. **A**liena uidebatur agi res. perque lusum iocumque audiri | quasi sepius decantata. **I**nteriectum erat iouium illiricumque mare per munimento: alpes aut anorico pro menibus. ut reliquum illud christiani populi quicquid esset | satis tuto munitoque loco constitutum multis uideretur. **E**cce autem nuper superatis alpibus in cesaris prouincias impetum fecit. **D**irripuit ferro ignique uastauit. refertensque per tauriscos et noricos ante ipsas italie fores | ante italie oculos | preda innumerabilem | omnis sexus | omnis etatis | ueluti uictimarum pecudumque trahens iactabundo incedebat carmine | se breui periculum facturum | an suis armis clausa foret italia: que athile quondam et alarico patuisset. **U**t bene isaias hec tempora uiderit. **R**egiones nostras coram oculis nostris alieni deuorant. **Q**uid tunc postea. **N**onne his proximis diebus id ipsum de italia experiri uoluit. **Q**uod unum maxime omnium concupiscit | ibi anhelat. **R**euersus enim ad italie saltus. **I**talam ipsam ingressus est. **L**iburnos et istros nil tale metuētes adoritur. **E**t miseras illas finitimas regiones | que non minus italie nomine quam alpium altitudine | se tutas esse

putarent cedibus et incendiis et rapinis depopulatus est.  
**U**t ab quingentesimo et amplius anno hec maumetana ra-  
bies semel ab italia repulsa iterū italianam iugo premere nūc  
audeat. Nisi forte credimus qui semel italici sanguinis dul-  
cedinem degustarit non reuersurum aut non longe poten-  
tius atq; paratius exploratis iam itineribus ad explendam  
sitim rediturum. Aut ullam omnino fore credimus italie p-  
temque nisi cōmunibus iuribus hec bellua reprimatur nō  
sit illius seuciē crudelitatemq; sensura. Vide preterea ut  
quicquid illi libet etiam liceat. **N**am uno eodemq; tēpore  
hinc Germanię et Italię fines popillatur. Hinc ī Asiam max-  
imis copis traiectis adiecta insuper ingenti classe scande-  
lorum cilitie opidum maritanū per oportunum ad eas res  
quas meditatū quadringentis christianis qui tunc ibi pre-  
sidio erant crudelissime trucidatis expugnauit. In omnium  
quidem insularū littorumq; ceruicem. **Q**uid mirum igitur  
si cū ille tāta gesserit geratq; cum duo imperia quatuor reg-  
na prouincias uiginti ducētas urbes christianis p̄cipibus  
eripuerit. **M**ari deniq; maximas classes explicare nunc cep-  
it. **Q**uid inq; mirum si totius orbis imperium sibi debere di-  
cit. **E**t qui orientalia subegerit occidentale nunc sibi inua-  
dendum rapiendumq; proponit. **E**st etiam mihi crede ma-  
ius aliquid aliud ad quod aspirat quod quidem dicere fas  
non est. Sed usq; quo domine impropabit inimicus irritabit  
aduersarius nomen tuum in finem. **E**xcurri pluribus Bea-  
tissime pater q̄ consiliū fuerat miserandas calamitates chri-  
stiani generis. Sed paucioribus q̄ oportuerat. si id agendū  
desūplissē. Finiā hāc ptē si illd̄ addidero. & liberius fortasse  
loquar temere nō loqr̄. Aut actū de re publica christiana ē  
aut quod certissime credimus tu ille unus celo demissus ti

bi uni illa palma debetur | ut arceas has belluas ab ouili do  
mimicoj restituaſq; chriſtiāo nomini priſtinum decus et im  
perium. Cur aut̄ reſtitui poſſe diffidimus | ſi ille nobis ſpem  
dat. qui ſicuti peccanti populo minatur | ita reuertēti uicto  
riam pollicetur. Cuius enim uerba ſunt illa. ¶ Si derelinque  
rint filii tui legem meam | ſi in mandatis meis non ambulaue  
rint uiſitabo in uirga iniquitates eorum | et in uerberibus pec  
cata eorum. Ecce minas experti ſumus nimis quidem acer  
bas. Cur promiſſis quoq; non credimus. ¶ Si populus meus  
audierit me | yſrael ſi in uis meis ambulauerit | ad nihilum  
inimicos eorum humiliabo | et ſuper tribulantes eos mittā  
manum meam. Manum unq; illam que ſuper fuit nō minus  
fidelis erga filios q̄ in hoſtes terribilis. Ducēte igitur opti  
me pater nobis opus erat ut reuertaremur. pontifice uero  
te | ut inuitanti deo conciliaremur. ¶ Neq; enim ut ſpero ha  
beuimus pontificem qui non cōpati poſſit infirmitatibus  
noſtris. Que cum ita ſint incredibile eſt reuerendiſſimi pa.  
tr̄um nobis debeat chriſtiana religio | pro pontifice quem  
dediſtis. Sancto | innocente ſapiente. Et quod maxime op  
tandum erat | pio. ¶ Vereor autem interdum benigniſſime p̄  
ne ſi de laudibus tuis aliquid dicā | puditas aures tuas | ledā  
potius q̄ oblectē. ¶ Vel quia feſſe iam ſint quotidiana audi  
tione. quaſi dici iā nihil poſſit quod non ſit dictum. ¶ Vel qa  
modestia tua uirtutis actione contenta | manuit bene agere  
q̄ audire. ¶ Vtriq; autem ſic accuram. Primo quidem ut uin  
cam ſi poſſim ſacietatur audiendi tuam uel rerum nouitate  
uel breuitate dicendi. Alterius autem optime pa. niſi uere  
ar liberiſ loqui | tu ī culpa eſ. ¶ Qui bene facit bene audiat  
neceſſe eſt. Nam comes uirtuti ſemper fuit gloria. Et quo  
magis ſpernitur | eo magis ſequitur. Facile patietur equiſſia



modestia tua | in eo superari | in quo uno uinci longe precla-  
rius ē q̄ uicisse. **O**rdiar ne igitur a te | a maioribus. **N**ul-  
la enim humane uite conditio non habet laudes suas. **S**ed  
nūq̄ ego nobilissimum illud solare sidus ideo ignobilius ex-  
istimaui | quia a seipso splenderet et non ab alio sidere su-  
periori. **N**eq̄ fontis copiam et ubertatē ideo ignobiliore.  
quia a seipso proflueret | et non aliunde scaturiret. **V**erum  
sicuti sapientibus tuis placet | Omne principiū suo effectu  
nobilius. Et omnem causam suo causato. Deniq̄ indepēdēs  
omne perfectius | eo qd̄ ab ipso dependet. **S**ic tue nobilita-  
tis initia a teipso fluxere gloriosius. vt fontis et solis in spe-  
ciem spargere potuisse lumen in alios | non aliunde mendica-  
re opus habuisse uidereris. **I**taq̄ cum in omni pōtifice duo  
maxime requirantur ut. s. uerbo doceat | exemplo etiam in-  
flamet. vtrumq̄ cumulatissimo uirtutis numero es comple-  
xus. vt et sapientia mores instrueres | Et moribus sapientiā  
condecorares. **Q**uid enim de admirabili sapientia tua dici  
potest | pro dignitate. **Q**uia a teneris annis usq̄ ad hanc etatē  
nulli omnino rei | nisi litteris insudaris. Liberales omnes pe-  
nitus hausisti. Ius omne pontificium tenere uoluisti. Nullū  
omisiisti litterarum genus cui non animum intenderis. **S**ic  
Augustinus sic Hieronimus Basilius Gregorius aliq̄ com-  
plures. qui profecto non dubitarunt in omni litterarum ge-  
nere et ratione uersari. **S**ic ille sapiens antiquior qui de se  
ipso loquens ita gloriatur. **I**pse mihi dedit horum que sūt  
scientiam ueram. vt sciam dispositionem orbis terrarū | uir-  
tutes elementorum | initium et consumationem seculorum  
uicissitudines rerum | mutationes morum | anni cursus | dispo-  
sitionem stellarum | naturas animantium et herbarum. **Q**uis  
igitur docet omnia hec. nisi ille quibus iuuenis insudasti.

discipline liberales? Quantum autem conferant ad gubernationem rerum humanarum inde perspici licet. quod ubique sapientia cum potentia conspirauit | ibi mirabile nescio quid effici uidimus. **N**ec enim facile quisquam ut illis temporibus | aut Moise eruditior aut salomone sapientior. quorum hic pace ille bello summam sunt gloriam consequuti. Pontifices autem nostros enumerare si libeat | sane illi preter ceteros clarissimi | qui in primis doctissimi litteratissimique fuerunt. **N**am ut omittam superiores illos numinum istar. quis Alexandro tertio | qui Federicum primum? quis Innocentio tertio qui secundum? insolentius ecclesie dignitati insultantes contempserunt imperiorum suorum finibus contentos esse fecerunt | aut eruditior aut eloquentior. **V**rbanus quidem secundus tantum doctrina et eloquentia potuit | ut concilio apud clarum montem in aluernis habitum | admirandis eloquentie uiribus omnes gallias ad arma contulerit | trecentorum milium exercituum coegerit. **S**anctas ciuitates patriam domini christiani populi hereditatem incredibili gloria recuperarit. **Q**uod utinam felicissime pater tibi etiam eueniat | nunc idem molienti. **B**eatas igitur ciuitates illas | et regna | quibus contigit a sapientibus gubernari. **O**mniun enim artifex est sapientia. **S**ed ut ad te redeam. quicquid discebas: legebas: audiebas omnia dirigebas ad sapientiam. **S**apientiam inquam illam que de deo est | que sicuti inter ceteras artes et disciplinas | altior | sublimiorque | et ueluti regina | cedit: ita ad huius altitudinem sine illis quasi quibusdam gradibus ascendere non potest. **I**nuisibilia enim dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. **T**alia igitur iacienda nobis iuuenili etate fundamenta | que edificium in senectute excitare uolumus. **E**t talia priuatis discenda nobis. qualia docenda. si magistratus efficimur. **Q**ue

enim seminauerit homo hec et metet. Periculum enim certe nunc est | ne tu a puero sic ibutus | quid mores exigant nescias | quid nostra religio | quid christiãe leges | quid fides quid pietas | quid prelatorum officium | quid populorum necessitas desideret non intelligas. Nec etiam intelligas | quo pacto labanti rei christiane succuratur. **F**acile enim est diuinis instructum terrena moderari. Sed da ueniam optime pa. uno tantum deceptus es. qui sperasti posse in iocundissimis sapientie studiis uelut in tranquillo portu cõquiescere.

**M**aius erat quod futurus eras. **M**aius ad quod parabaris. **M**olestius fortasse tibi | sed utilius humano generi. **L**icet molestum tibi esse non possit | quod illi intelligeres necessarium | pro cuius salute tuenda | uitam etiam ipsam expẽdere non dubitares. **D**edit enim te deus in lucem gẽtium | ut sis salus eius usq; ad extremum terre. **N**unc de moribus et uita pauca subitiam. **F**ides enim habetur non uerbis sed operibus. **N**eq; enim possumus illi credere qui sibi ipse mēdax reperitur. **S**tatim igitur a puero diuinis misteris a parente dicatus es. **A**pud nobilissimum minorum ordinem initiaris. **S**ic samuel. sic ieremias. a pueris consecrati. **P**otuit ne huius amplissimi sacerdotu magnitudo a pulchriori fundamento cõsurgere | q̃ ut ecclesie tirūculus esset a puero qui futurus erat totius ecclesie maximus imperator. **A**ut ueluti seraphicus ille dux tuus dominici gregis uitia dispulit. Ita tu barbarica tela in eum contorta dissipares. **A**dollescentior deinde factus patrie incunabula relinquis. **V**enis Patauiū fama ciuitatis illectus ad sapientiam capescendam. **U**bi pro nobilitate igenii q̃ gratissime exciperis. **E**t nisi lauonam patriam tuam carissimam nobilissimamq; | uidere uerear | sane non minori studio et amore padue cultus obseruatusq; es.

quod si in ipsius brachis et sinu nascereris. **Q**uam bene igitur utri  
usque ciuitatis erga te pietati retulisti: ut et fauonam tuis na  
talibus et tuum patrauum tuis studiis nobilitares. In quo mo  
ratus per .xx. ferre annos nobilis alumnus legendo orando scri  
bendo uniuersum orbem splendidissimis sapientie radius il  
lustrasti. **I**n cursu autem studiorum tuorum illa duo admi  
ratione dignissima. **P**rimum quod neque ipsa religio cursum ad  
discendi retardare potuit. neque ardor addiscendi uite teno  
rem inhibere. Alterum autem quod cum uite scimonia | morum  
grauitate | ingenio et sapientia alius excelleres: omnibus tamen  
humilior appareres. Non dicam hic ut te mature patres illi  
ad omnes suas dignitates euexerint. ut etatem honoribus  
uiceris: honores uirtute superabis. ut demum omnia sua mo  
nasteria per uniuersum orbem dispersa | tue fidei scintilla  
crediderint. **N**eque in eo etiam morabor | quod in hunc senatum  
reuerendissimum gloriosissimumque | solam sapientia atque uirtu  
te nixus conscendisti. Maiora me rapiunt. **E**t quod illa maxi  
ma sunt et omnibus laudibus celebranda | multa tamen pre  
clara ingenia in tuis laudibus sigillatim retensendis | certant  
quotidie atque certabunt. **D**iscedere ego mente non possum  
ab hoc tuo pontificatu | quasi nobilissima palestra. **U**bi uide  
quid ego considerem. Cogor interdum existimare factum  
esse diuino consilio ut qui ad supremum in ecclesia dei lo  
cum regendum parabare | mores emendares | principibus pre  
esses | christi gloriam defenderes. **I**llis potissimum uirtutibus  
et imbuerere natura | et studio effingere: que essent maxime  
necessarie ad tantum munus administrandum. **Q**uid enim  
magis ellucet in principe quam liberalitas et munificentia. **P**e  
cuniam tu semper ut ille inquit sicuti lutum existimasti. Om  
ne aurum in comparatione uirtutis pro arena habuisti exigua.

Pastorem enim te deus fingebat nō mercenarium. Ille tibi  
semper uise uere diuitiꝝ | diuitias non appetere. **Q**uod  
si illo sꝛculo feliciori quasi pro miraculo querebat. **B**eatus  
ille uir qui post aurum nō abiit: nec sperauit ī pecuniꝝ the  
sauris. **N**obis certe gloriari liceat iam diu quesitū tādem  
inuenisse. qui mirabiliū opatione rezꝝ quas expectamus: et  
nos beatos efficias. et ipse sis non minus re q̄ nominis appel  
latione beatissimus. **Q**uā bene preterea iūgit huic munificē  
tiꝝ tuꝝ incredibilis caritas et mansuetudo. **U**num de pluri  
mis attingam. **M**eministi ne optime pater | ut generalis or  
dinis minister | fratrem papie in scelere deprehēderis: dep̄  
bentum p̄ alioꝝ exēplo punieris: ut temperare lacrimis nō  
potueris quin diceres acerbius tibi | q̄ fratri illud fuisse sup  
plicium. **O** uocē dignē memoria sempiterna. **Q**uantū eim  
illud amabile | q̄ etiā puniēs ingenite tibi mansuetudinis nō  
potueris obliuisci. **Q**uod eim parcendo faceres | si tā clemē  
ter puniendo misereris. Illa enī p̄clarissima obeundi iusticie  
pars | ubi nō tā scelus odisse q̄ hominē etiā dilexisse uideri  
possumus. Pulchre igit in te illud euangelicū impetū ē. **B**ea  
ti mites quoniā ip̄i possidebūt terrā. Ceterū q̄s hoc credat  
**E**xcellētia animi et hūilitatē | magnitudinē et māsuētinē |  
cōtēptū oīum et affectū in uno eodēq̄ aīo sotiari potuisse.  
**S**apīa uirtusq̄ tua fēderare potuit oīa hęc. **S**ed immiscere  
laudibus tuis. spes etiā nostrā iam tēpus est. & maiora nunc  
aggredi. In deū etenim īmortalē eximia tua pietas: mansue  
tudini adiūcta | mirifice nobis rēp̄sentat illius magni ducis  
imaginē: quē sicuti mitissimū sup omēs mortales scriptura  
p̄dicat. Ita nimirū diuini honoris amore flagrantē. qui cum  
orabat. **D**ñe aut dimitte illis banc noxam | aut dele me de li  
bro quē scripsisti. Plus tñ de diuino honorē q̄ de populi sui

salute cogitabat Ne forte arguerent egyptu dñm calidita  
tis & astus. Quasi illi populo dñs fugā ex egypto suafisset inō  
ut a seruitute liberaret. Sed ut pderet eos facilius in solitu  
dine. Tu uero dux nr̄ & pr̄|quē expectauimus|in quē respi  
cimus|obsecro te: qd aliud dies & noctes ingemiscis? Quid  
ante deū positus aliud ī orōne deploras. nisi pessimolari di  
uinū honorē. Et ut inqt propheta iugiter tota die nomen  
dñi blaffemari. Blaffemant hostes qui peculiaris uinee tue  
delicias in exaciabili furore proculcant. Blaffemant filii q  
quasi derelicti de parentis sui bonitate desperant. nisi q̄ tu  
es iam oīm reliqua spes. Tu expectatio|In te oīm ora ocu  
liq̄ coniecti. Audiunt sapentiā. uident sanctitatē liberalita  
tem|clementiā|magnitudinē animi|pietatē in deū|caritatē  
in omnes. Qve quidē oīa cū audiunt non possunt de te sibi  
nisi oīa magna salutariaq̄ polliceri. Quid illud sanctissimū d̄  
cretū|qd̄ generalis designatus edixisti. Nonne fuit quasi  
specimen aliquod piissimi animi tui. Argumentū locuplex  
q̄tū etiā si posses christianā rē iuuares. Nam cū dolore ni  
mio afficereris. Hinc assiduis cladibus christi populū exina  
niri. Dirrapi ciuitates. Temp̄la dirui uirgines et pueros ex  
parentū emplexibus ad libidinē euelli. senes innocuos nec  
ptio nec libidini satis aptos|mactari quasi pecudes. Quid  
ageres cū hec uideres? Videres aut̄ ex alia pte|seuissime  
huius bellue trucē formidandāq̄ potentiā. quotidie latius  
excescere. Remedia tunc alia tibi non erant|non arma|nō  
milites|non copie. Qvod reliquū fuit confugis ad diuinam  
opem|unicū tunc tibi et singulare presidiū. Statim eīm edi  
tis per oēs tuas ecclesias. ut quociēs diuine hore dicuntur  
totiens p̄ xp̄i bellatoribus supplicatio fiat. Quid potuit am  
plus ī ermis aduersus armatos. q̄ qui ferro nō posset lachri

mis et oratione dimicaret. **V**elut ille nobilissimus pontifex  
qui dicebat: aduersus arma militesq; Gothos lacrimę mee:  
mea sunt arma. **I**taq; hoc instituto facile declarasti affectū  
animi bene cupiētis adesse tibi. uires desiderari. **C**eterum  
neq; uires etiā defuturas. si mō exoraret ille. qn̄ uellet nō  
minus uires addere poterat. q̄ animū ante potuerat cū uo  
luisse. **P**enetrat aut̄ nubes ipsūq; celū assidua iusti suppli  
catio. **E**cce eīm exoratus iā deus est. **E**cce nunc uires addi  
te. auctoritas aut̄ oīum maxīa tibi celitus collata. **M**utauit  
ne quod interdū solet. imutabile desiderū tuū fortune mu  
tatio. quin noua te nup̄ obstrinxisti fide. **D**edisti eīm aram  
pietatis tue. **V**oti tui signū gētibus oībus extulisti. **V**ix fui  
sti pōtifex saluatus. cū tu thesauros ecclesie uel eoz̄ p̄tiū  
in fidei defensionē promissisti. ut ante pene eos abscipseris  
q̄ possederis. licet tunc tui uere esse ceperunt: cū tu primū  
illos esse uoluisti tuos. **P**ius sc̄ds gloriolissime memorie. quē  
magna parantē. pulchra molientē inuida mors oppressit.  
**C**ū designatus esset pontifex. oblati sunt ad spectaculū the  
sauri a pontifice de mortuo relictī. quasi magnū quidpiam  
et uisū pulcherrimū ubi oculos depalceret. **A**t diuinus ille  
uir uidere noluit. **A**ufferte hinc inquit. **C**iccius eīm expēde  
mus q̄ alii congeslerint. **O** magnū principē & uita langiore  
dignissimū. pace tamē illius dixerim. nō tu mihi uideris in  
ferior animi magnitudie. **Q**ui illū auri gemmarūq; fulgorē  
et ferre potuisti oculis et cōtēpnere animo. **R**ecensere pa  
riter et negligere. **S**ed si inliceat inter tātinoīs principes  
dirimere hāc litē. **I**lle fortasse cautior: qui noluit uidere. **T**u  
certe aīo celsior qui tā potuisti spernere q̄ cerneī. si tñ illd̄  
spernere est: tā nobile p̄ciū rei oīum sanctissime. et ī primis  
necesse accomodare. **P**ulchrū erat uidere illū splēdorē. **S**ed

te magna meditantē lōge speciosius Pulchrū audire laudā  
tes et preciū singulis statuentes sed longe pulchrius quod  
animo uerfabas. quātū f. m armatos quātū in munitiones: quātū  
terra: quātū mari paranolū erat. Sed qd ego diutius d̄ thesau  
ris istis loquor. **C**ū ī ore semp habeas nedū tua oīa iuerum  
etiā teipsū p̄ re pu. christiana deuouisse. **V**idete qd possit  
exēplū. Cupiebāt qdē antea fratres tui sēp̄ cupierāt. Sed  
tunc incēsi sunt quasi legati tui: duces tui ad sui īperatoris  
ardorē. Et ipsi opes suas offerre oīa polliceri ad uictū usq̄  
īpamq̄ uitā. si necessitas exigeret. O te beatū cui certatim  
fortuna uirtusq̄ tua p̄ tua gloria cōtēdunt. Habes eīm qui  
bus plura desiderare nō possis. **G**ermania nunc ardet belli  
gerēdi studio. Quod apud Ratisponensem cōuentū nuper  
decretū sit intelligis. **O**ēs ad arma cōspirāt. **N**ō pōt cēsar  
tātum dedecus ferre. Summere arma uolunt ulcisci uolūt  
uel comunē uel priuatā iniuriā. Quod si auctoritatē adiu  
xeris tuā. **U**trunq̄ gladiū ambo strinxeritis et ueluti con  
iunctis signis hostē hunc p̄sequamini. **H**ec ab occasu. Ver  
te nunc oculos ad orientē. uides ne ut transtauri iuga ab  
caspiis usq̄ litoribus moueant̄ ultīe nationes in auxiliū pul  
sime causē tue. Tanta est huius teterrimi hostis p̄fidia. **T**an  
ta crudelitas. **U**t eum iā gētes oēs p̄ cōi hoste hēant. **Q**ui sit  
totius humāi generis crudelissimus inimicus de italia uero  
tua nil dicā amplius. Iuncta tibi federe est. Cum signum de  
deris p̄positumq̄ tuū certum oībus feceris nō dubito qn  
habeāt oēs et diuini honoris & proprii periculi & officii sui  
rationē. **Q**uod si ista non moueant. **N**e illud quidē tot cla  
rissimos principes mouebit: ueterem illam italie bellorū ar  
morūq̄ gloriam barbaris illis nacionibus imperitare solitā  
ad asiaticum nescio quem frigem aut capadocē. omnis diui



ni et humani iuris exptem sine fide: sine uirtute: sine huma-  
nitate tanto cum dedecore esse translata. Ecce iam Fer-  
dinandus ipse rex christianissimus fortissimusq; ferre non  
potuit in armis est. Bellum hoc gloriosissimum sponte susce-  
pit: fidei zelo non iniuria comotus. Idem ceteri facient: Pa-  
ri ardore cōcurrent. hactenus potuit uel cupiditas uel sus-  
picio dominari. **N**unc tua lux fugabit illas tenebras: oīum  
principum mentes clarissimo concordie lumine perfudisti.  
**D**e nobis aut maxime patis pulcrius est tacere q̄ loqui. ne  
laudes nostras satis alieno tēpore agere uelle uidear. loquē-  
tur fortassis omnia secula ualidissimos exercitus: potentissi-  
mas classes. **Q**uibus cum antea multis ī bellis cū hoc hoste  
tum uero hoc nouissimo maximoq; per octo et amplius an-  
nos opibus corporibusq; nostris rē xpianam ab hac trucu-  
lētissima rabie: quoad potuimus tutati sumus. **R**espice nūc  
quid uelim. Nam si uniuersam hāc belli molem ita per nos  
ipsi hactenus auxiliāte nullo ferre potuimus. ut usq; ad eu-  
boeam amissam plures intulerimus hosti clades q̄ accepe-  
rimus. Tu uero si hoc bellum excelso ut facis animo suscep-  
is: alios principes moueris: undiq; auxilia cōtraxeris: Terra  
mariq; arma intuleris a fronte: a tergo: a latere hostem per-  
tuleris. **D**ubitas ne quin liberatis tādē ab hoc teterrimo  
iugo christianorum prouincus: non tam deinceps de euro-  
pe q̄ de asie atq; affrice possessione certetur? **Q**uam gloriā  
tuam ut his oculis aliqñ hauriam libēter cum hac animula  
uel per ipsum sanguinem profundenda depaciscant. **D**ixi  
de gratulatione beatissime pater que dicenda erant. pauca  
quidam pro magnitudine rerum dicendarum | pro tempo-  
ris uero tui ratione nimis fortasse multa. Reliquū est ut ex-  
soluamus quod nobis proprie hac legatōne ab illustrissimo

principe nostro atq; senatu est demādatum. **N**am cum memoria repetūt | hanc sedem illam fuisse: que a primis nostre religiōis exordis super solidissima petra fundata fuerit nō humano consilio aut sapiētia aliqñ delecta. **S**ed ipsius domini nostri Iesu christi | diuino ore declarata | apostolorū suorum petri et pauli sanguine consecrata. In quā irruere uēti turbinesq; possint | fidem loco mouere nō possint. **C**ūq; preterea legerint quod anacletus | selasius leo | gregorius | stephanus | Nicolaus | quid multa deniq; uniuersalia concilia de huius sacrosancte sedis autoritatis excellētia | potestatis et senserint et decreuerint. **N**unc te preterea uideant huic gloriosissime sedi antistitem delectū illis superioribus sanctissimis pontificibus legitime successisse | ad te delatas esse regni celestis | clauēs illas oīpotētes tue deniq; fidei tue diligētie dilectissimā christi spōsam totius orbis ecclesiā eē cōmissam. Cū hec iniquam oīa uiderēt | misere nos legatos. ex ueteri patrioq; instituto. **U**t tue beatitudini humilē deuo tamq; obedientiam suo nomine deferamus. Te primū pastore summū sacerdotē. pontificem maximū petri successorē christi uicarium omni cultu uenerationis et reuerentie prosequant. **N**ihil erit preterea illis antiquius nihil iocundius q̄ desideris tuis obsequi. dignitatem amplitudinemq; tuam. **N**am si omnipotenti deo et non uiribus nostris aut uirtuti acceptum ferrimus | quicquid publice | quicquid priuatim uel terra uel mari possidere contigit. dominus enim uniuersorum ipse est. **I**tq; alibi regnum ī manu eius et potestas et imperium. **Q**uo tandem pacto satis in eum grati esse poterimus | si illi omnia aperta non erunt: quem suum in terris ductorem suum uicarium celesti pariter & terrena dignitate constituit. **H**oc sensere maiores nostri hoc ipsi a

parentibus acceperunt|qui multa bella susceperunt pro ec-  
clesie dignitate tuenda|maxima pericula adierunt|opes ab-  
sumplerunt|sanguinem profuderunt|hic nos ab illis cū la-  
cte luximus|et ingenite nostre pietatis|non nullum etiam  
argumentum ut opinor edidimus. ¶ Tibi igitur ante pedes  
deponunt|quicquid opibus ualent|quicquid imperio terra-  
marique polēt. Ciuitates|opida|insule|classes|exercitus|opes  
tua sunt omnia. ¶ Vtere ipsis : fac cum uis periculum. ¶ Re-  
peries profecto|nec ingratos in deum|nec degeneres in pa-  
triam|nec in promisso fallaces| sed presenti animo constan-  
tisque fide semp̄ erūt: re|atque opere|quod uerbo et orōe ueriores.

¶ Acta Rome.iiii.nonas decembris. ¶ Anno Millesimoqua-  
dringentesimoseptuagesimoprimo. in consistorio publico.  
Regnante Sixto.III. Pōtifice maximo. Anno eius primo.

¶ Et impresse sunt in domo Nobilis uiri Iohannis philippi  
de Lignamine, Siculus. Scutiferi sanctissimi pa. supradicti.



Lapis

paretibus acceptantur nulla bella susceperunt pro  
 clive dignitate cuncta maxima pericula adhaerens  
 hunc periculis neminem profudat hunc non ab illis  
 de luxu et regere posse pietati non nullum carum  
 argumentum ut omnia edidit Tibi gratias ante pedes  
 deponunt quod non eas salutandum imperatorem  
 magis potest. Cunctis opibus salubres exercitibus  
 tua luce omnia. Vires ista: fac cum tu periculum Re  
 peres profectum ingratos in demum nec degeneres in  
 transire in promptu fallaces sed pudent animo constan  
 tibus hinc semper erigatur operis verbo et ore unores  
 vel adhibere illi ut debet matris ab amittitur  
 vel adhibere illi ut debet matris ab amittitur  
 vel adhibere illi ut debet matris ab amittitur

Acta Rome iiii nonas decembri Anno Millemo  
 dringentesimo septemagesimo primo in consistorio publico  
 Regnante Sixto III Pontifice maximo Anno eius primo  
 subacta et hanc

Impresse sunt in domo Nobilis viri Johannis philippi  
 de Ligamine. Sicut Sceleris hinc illincque  
 vel adhibere illi ut debet matris ab amittitur  
 vel adhibere illi ut debet matris ab amittitur  
 vel adhibere illi ut debet matris ab amittitur  
 vel adhibere illi ut debet matris ab amittitur  
 vel adhibere illi ut debet matris ab amittitur  
 vel adhibere illi ut debet matris ab amittitur  
 vel adhibere illi ut debet matris ab amittitur













PON

Fe

B

Bibli  
ly

MONPEJUS

festus

1475

bern. Jul.

tratio ap

SIXT IV.

1471.

Biblioteca de Santa Cruz

YR 210